

# C A T E N A I N

## BEATISSIMUM IOB ABSOLVTISSIMA,

*E quattuor & viginti Græcia Doctõrum  
explanationibus contexta,*

A PAVLO COMITOLO, PERVSINO,  
SOCIETATIS IESV

E Græco in Latinum conuersa, atque ab eodem nunc  
iterum edita, nec non multarum, magnarumq. rerum,  
quas tertia pagina indicabit, accessionibus locupletata.

*Adiecto Indice rerum, & verborum uberrimo.*

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, APVD IOLITOS.

M. D. LXXXVII

*Bibliotheca  
Vincentij*

*P. A.  
Placentia*



## INTERPRETIS ADMONITIO AD LECTOREM.



**L**IBRUM hunc Lugdunensibus typis primum excusum, cum Autographo, manuq. nostra scripto exemplari haud oscitanter contulimus. In eo, quod sane moleste tulimus, tam multa non solum uerbis, sed sententijs etiam immutata reperimus; ut ad ea corrigenda secundam hanc editionem Venetam, cui ipsi præsuumus, adhibere coacti simus. Hac enim ratione, quæ aliena erant, demere, nostra restituere; deprauiata sanare facile potuimus. Nonnullas etiam sententias græcas, quæ in primo Commentario latino latina carebant interpretatione, ex aliorum, ueterumq. Codicum contentione fideliter explanauimus. Igitur ipsi tamquam nostram, ac legitimam græci Commentarij interpretationem hanc solam agnoscimus, quæ hoc anno M. D. LXXXVII Venetijs apud Iolitos, nobis agentibus, & corrigentibus, est typis mandata. Vale.

ANTO-



DILECTO FILIO IOANNI IOLITO  
DE FERRARIIS.

SIXTVS PAPA QVINTVS.



DILECTE Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, tu ad publicam vtilitatem & instructionem infrascriptū opus, uidelicet Catenam in Beatum Iob a dilecto filio Paulo Comitolo Presbytero Societatis IESV ex Græco idiomate in Latinum conuersam, cum additionibus per dictum Paulum factis, & interpretationibus ex diuersis textibus Græcis tractis, & apostillis marginalibus variarum lectionum, necnon locis Sacræ Scripturæ per varios Doctores citatis, uarijsq. lectionibus Sacri textus, & interpretationibus variarum sententiarum, imprimere, & typis excudere, seu imprimi, & excudi facere, ac in lucem edere cupias, & intendas; sed uerearis ne postea aliquis alius ad imitationem tuā dictum opus imprimi curet in graue tuum damnum, & præiudiciū. Nos ideo indemnitati tuę hac

★ iij in

in parte consulere, teq̄. specialibus fauoribus, & gratijs prosequi uolentes, & a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq̄. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad infra scripta presentium dūrāxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes. Motu proprio, non ad tuam, aut alterius pro te nobis desuper oblatae petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate, & certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, postquam dictū opus a te impressum, & a Reuer. Fratre Inquisitore Venetiarum examinatum, & approbatum fuerit, omnibus & singulis vtriusque sexus CHRISTI fidelibus, præsertim Bibliopolis, & librorum impressoribus, seu typographis, quouis nomine nuncupatis, tam in alma Vrbe, & illius districtu, quàm toto statu Ecclesiastico mediate, & immediate subiectis, totaq̄ Italia, sub excōmunicationis maioris latae sententiæ, a qua nullus, præterquam a nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, absolui possit, & quo ad nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ temporali dominio mediate, uel immediate subiectos, etiam trecentorum Ducatorum auri de Camera, quo una uidelicet Cameræ Apostolice, & alia tibi, tuisq̄. hæredibus, & successoribus, aut ius, & causam à te, uel eis pro tempore habentibus, & pro  
alia

alia accusatori, pro reliqua uero partibus Iudici ex-  
quenti, nec non amissionis typorum, & librorum  
tibi, tuisq̄. prædictis irremissibiliter applicandis pe-  
nis, toties incurrendis, quoties cōtrauentum fuerit,  
Apostolica auctoritate tenore præsentium distri-  
ctius inhiemus, & interdiciamus, ne per De-  
cem annos proxime subsequentes opus ipsum,  
prædictum in toto, uel parte sub quacunque for-  
ma, uel mutatione, aut inuersione, uel etiam  
cum quibusuis alijs additionibus, scholijs, sum-  
marijs, glossis, & interpretationibus ad mate-  
rias ipsas accedendas, uel illas referendas, aut illis  
similibus, tam Latino quàm Italico, uel quocunque  
alio idiomate, etiam ad cuiusuis instantiam, quouis  
quæsito colore, uel ingenio alicubi absque tui, uel  
tuorum prædictorum expressa licentia, & assensu  
imprimere, seu imprimi facere, aut præterquam  
de licentia, & assensu huiusmodi impressa vende-  
re, seu uenalia proponere, aliàsue tenere, aut ha-  
bere audeant, seu præsumant; nisi ad hoc tuus, aut  
tuorum prædictorum accesserit assensus, de quo  
per cedula manu uestra propria, scriptam, uel  
subscriptam constare debeat. Mandantes uniuersis,  
& singulis Venerabilibus fratribus Patriarchis,  
Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs eo-  
rum in spiritualibus, Vicarijs Generalibus, & reli-  
quis in dignitate Ecclesiastica constitutis, quouis au-  
thoritate fungentibus, & functuris, ut quoties pro

★ iij tua

tua, uel hæredum, aut successorum tuorum præfa-  
torum parte fuerint requisiti; seu aliquis eorum  
fuerit requisitus, Tibi, tuisq. prædictis in præmissis  
efficacis defensionis præsidio assistentes, prædicta  
omnia obseruari mandent, & faciant; ac contra-  
facientes per prædictas, & alias tibi beneuifas senten-  
tias, censuras, & pœnas, etiam illas sapius aggrauan-  
do, omni, & quacunq. appellatione remota, pro-  
cedant, & exequantur, inuocato etiam ad hoc, si  
opus fuerit, brachij sæcularis auxilio. Hos enim  
quicquid secus super his a quoquã quauis authori-  
tate scienter, uel ignoranter attentari attigerit, ir-  
ritum, & inane dicta autoritatè decernimus.  
Non obstantibus quodam alio Priuilegio super  
impressione in Ciuitate Lugdunensi faciendâ dicti  
operis Cathenæ in Beatum Iob dilecto filio Ioanni  
Statio Bibliopolæ, seu Thipographo Lugdunensi,  
per nos etiam in simili forma Motus proprij, & ex  
certa nostra scientia, deq. Apostolicæ potestatis  
plenitudine, & aliàs quomodolibet concessio, &  
etiam literis nostris in simili forma Breuis sub  
Dat: Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo  
Piscatoris, die XXI. Ianuarij. M. D. LXXXVI.  
Pontificatus nostri anno Primo, desuper confectis,  
& quarum vigore, seu prætextu ipse Ioannes Stadius  
dictum opus Cathenæ iam impressit, sed cum mul-  
tis mendis, & erroribus, ac propterea illud denuo  
imprimere necesse est: Ideoq. & aliàs ex dignis cau-  
fis

his animum nostrum mouentibus, Priuilegium, & literas nostras eidem Ioanni Statio per nos, sicut præfertur, concessum, & concessas huiusmodi illius, & illarum tenores, ac si de uerbo ad uerbum inferebantur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, ex nunc harum serie, quo ad ipsum opus Cathenæ cum inde dependentibus, penitus reuocamus, cassamus, annullamus, & abolemus, ac si minime unquam emanassent, & quibusuis alijs Apostolicis, ac in uniuersalibus Prouincialibusq; & Synodalibus Concilijs editis specialibus, uel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam quibusuis Superioribus, & personis in genere, uel specie sub quibuscunq; tenentibus, & formis, & Motu, scientia, liberalitate, & Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, & etiam consistorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, & confirmatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod transumptis, uel exemplis, etiam in ipsis operibus impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo

lo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, plena, & eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, uel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die XXIX. Augusti. M. D. LXXXVII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Tho. Thomas Gualterutius.

PRIVILEGIUM



# HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS

RESPONSORVM, ET CONSVLATIONVM  
MEDICINALIVM

TOMVS PRIMVS.

Nunc primùm à MICHAELE COLVMBO collectus, & in lucem editus.

*Cum duplici Indice rerum & verborum locupletissimo.*

AD HENRICVM CAIETANVM,  
S. R. E. CARDINALEM AMPLISS.  
BONONIAE LEGATVM.

Cum Priuilegio Summi Pontificis, Cæsareæ Maiestatis, Regis Christianiss.  
& aliorum Principum.



APVD IOLITOS. M. D. LXXVII.

DILECTO FILIO IOANNI IOLITO  
DE FERRARIIS.  
SIXTVS PAPA QVINTVS.



**D**ILECTE Fili salutē, et Apostolicā benedictionē. Cū, sicut accepimus, tu ad publicā utilitatē, & instructionē infra scriptū opus, videlicet *Consilia Medicinalia Hieronymi Mercurialis in duo volumina digesta, imprimere, et typis excudere, seu imprimi, et excudi facere, ac in lucē edere cupias, & intēdas; sed uerearis ne postea aliquis alius ad imitationē tuā dictū opus imprimi curet, in graue tuū damnū, et prauidiciū. Nos ideo indemnitati tuae hac in parte cōsulere, teq; specialibus fauoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad infra scripta presentium dūtaxat cōsequēdū, harū serie absoluentes, & absolutū fore censentes. Motu proprio, nō ad tuā, aut alterius pro te nobis desuper oblata petitionis instantiā, sed ex nostra mera liberalitate, & certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, postquā dicta Consilia a te impressa, et a Reuer. Fratre Inquisitore Venetiārū examinata, et approbata fuerint, omnibus, et singulis utriusque sexus CHRISTI fidelibus, praesertim Bibliopolis, et librorū impressoribus, seu typographis, quouis nomine nūcupatis, tā in alma Vrbe, et illius districtu, quā in toto Statu Ecclesiastico mediate, et immediate subiectis, totaq; Italia, sub excōmunicationis maioris latae sententia, a qua nullus, praeterquā a nobis, et Romano Pontefice pro tēpore existente, absolui possit, et quoad nostrō, et Sāctae Romanae Ecclesiae tēporali dominio mediate, uel immediate subiectos, etiā trecentorū Ducatorū auri de Camera, quo una videlicet Camera Apostolica, & alia tibi, tuisq; heredibus, et successoribus, aut ius, et causam a te, uel eis pro tēpore habentibus, et pro alia accusatori, pro reliqua uero partibus Iudici exequenti, nec non amissionis typorū, & librorū tibi, tuisq; predictis irremissibiliter applicandis pœnis, toties incurrēdis, quoties contrauētum fuerit, Apostolica auctoritate tenore presentium districtius inhibemus, & interdiciamus, ne per Decē annos proxime subsequētes, Consilia ipsa praedicta in toto, uel parte sub quacunq; forma, uel mutatione, aut inuersione, uel etiā cū quibusuis alijs additionibus, scholijs, summarijs, glossis, et*

\* ij inter-

*interpretationibus ad materias ipsas accedendas, uel illas referendas, aut illis similibus, tã Latino quã Italico, uel quocunq; alio idiomate, etiã ad cuiusuis instantiã, quouis quesito colore, uel ingenio alicubi absq; tui, uel tuorũ predictorũ expressa licentia, & assensu imprimere, seu imprimi facere, aut praterquã de licentia, & assensu huiusmodi impressa uendere, seu uenalia proponere, aliãsue tenere, aut habere audeant, seu presumant; nisi ad hoc tuus, aut tuorum predictorum accesserit assensus, de quo per cedulã manu uestra propria, scriptã, uel subscriptã constare debeat. Mandantes uniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiep. et Episc. ac dilectis filijs eorũ in spiritualibus, Vicarijs Generalibus, et reliquis in dignitate Ecclesiastica cõstitutis, quauis authoritate fungẽtibus, & functuris, ut quoties pro tua, uel heredũ, aut successorũ tuorũ prefatorũ parte fuerint requisiti, seu aliquis eorum fuerit requisitus, Tibi, tuisq; predictis in premisis efficacia defensionis presidio assistẽtes, predicta omnia obseruari mandant, & faciant; ac cõtrafaciẽtes per predictas, et alias tibi beneuissas sentẽtias, cẽsuras, et pœnas, etiã illas sepius aggrauãdo, omni, et quacunq; appellatione remota, procedãt, & exequãtur, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, brachij secularis auxilio. Hos enim quicquid secus super his a quoquã quauis authoritate sciẽter, uel ignorãter attẽtari, attigerit, irritũ, et inane dicta authoritate decernimus. Non obstãtib; quibusuis alijs Apostolicis, ac in uniuersalibus Prouincialibusq; et Synodalibus Concilijs editis spẽtialibus, uel generalibus cõstitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, et consuetudinibus, etiã iuramẽto cõfirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoq; indultis, et literis Apostolicis, etiã quibusuis superioribus, et personis in genere, uel spẽtie sub quibuscunq; tenoribus, et formis, et Motu, scientia, liberalitate, et Apostolica potestatis plenitudine similibus, et etiã cõsistorialiter, ac aliãs in contrariũ quomodolibet cõcessis, et cõfirmatis. Quibus omnibus, et singulis, etiã si de illis spẽcialis, spẽcifica, & expressa mẽtio habenda foret, illis aliãs in suo robore permãsuris, hac uice dũtaxat spẽcialiter, et expresse derogamus, ceterisq; cõtrariis quibuscunq; Volumus autẽ, quod trãsumptis, uel exẽplis, etiã in ipsis operibus impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius persone in dignitate Ecclesiastica cõstitutã munitis, plena, et eadẽ prorsus fides adhibeatur, quã ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibita, uel ostensa. Datũ Romę apud Sanctũ Marcũ, sub Annulo Piscatoris die XXIX. Augusti. M. D. LXXXVII. Pontificatus nostri Anno Tertio. Tho. Thomas Gualterutius.*

PRIVILE-

CATENA IN  
BEATISSIMUM IOB  
ABSOLVTISSIMA,

E' XXIV. GRÆCIÆ DOCTORVM EX-  
planationibus contexta, à PAVLO COMITOLO  
SOCIETATIS IESV è Græco in  
Latinum conuersa,

*Et nunc primum opera & studio LAURENTII  
CVM-DEO in lucem edita.*

Adiecto indice rerum & verborum locupletissimo.



L V G D V N I,  
APVD IOANNEM STRATIVM  
sub Bibliis aureis.

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO PONT. MAX.

*Interpres ad Christianum lectorem  
necessaria Admonitio.*

Ex huius nostræ Catenæ marginibus, in quibus Auctoris Catenæ nomen in aliquot primis foliis adscribitur, omnino remouendum esse censuimus. Primum quòd eiusmodi nomen græcæ Catenæ abest. Deinde quòd à nobis in nostra latina est nusquam adscriptum. Postremo, quòd Doctorum explanationes permiscet, atque confundit. Vale.

LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF TORONTO  
PRINTED BY  
J. M. GARDNER  
1888